

alii, quorum ipse meminit. Meum tamen ad-
diderim pro hac opinione suffragium de-
sumptum ex facris litteris, quod forsam per-
cupide audient illius sententiae propugnato-
res, & gratulandi excipient.

610 Apud Regium Vatem illud habes Pf.

Pf. 44. 14.
Probatur
Virginis
Beatusudo,
qua perfusa
est in puncto
suae concep-
tionis.

44. 14. *Omnis gloria ejus filia Regis ab initio.*
Certè tota in eo Psalmo illius Reginae de-
scriptio ad caelestem ejus gloriam à plerisque
Patribus refertur, tam ab us, qui de Ecclesia
universim interpretantur, Eusebio Caesari. in
Psalms, Caesario Arelat. Homil. 1. & aliis;
quam ab illis, qui Virginis Deiparae assump-
tionem praedictam fuisse exponunt. Cujus sen-
tentiae sunt S. Athanas. in Ser. de S. Deipara,
S. Ildophon. Ser. 1. de Assumptio. Pfellus 1. 7.
in Cantica, Arnoldus in tract. de laud. B.
Virg. Hugo Victor. lib. 2. eruditio. Theolog.
c. 125. S. Petr. Dam. Ser. de Assupt. S. Thom.
& Hugo Carenfis in hunc Psalm. Si enim
Deiparae jam assumptae, atque à dextris spon-
si in caelo astantis gloria describitur, cum Psal-
tes dicat hanc eandem gloriam à principio
Conceptionis ipsius reginae extitisse, expres-
sum sibi testimonium nacti videbuntur, quo
suam adstruant opinionem. Illud ergo efficio,
hanc eandem gloriam à principio conceptus
Mariani extitisse. Etenim pro illis, *Omnis
gloria ejus filia Regis ab initio*, sic efferas pro-
prie ex Hebraeo; *Omnis*, vel *tota*, vel *omni-
moda gloria ejus filia Regis ab exordio, ab
initio*, vel *principium*, seu *exordium ejus*. Nam
Hebraica vox, quam LXX. Vulgatae editio-
nis nostrae reddunt *ab initio*, est *panim*, sive
panim, addito pronominis affixo foemino n.
Porro hanc eandem vocem, idemmet LXX.
Vulgatae nostrae editionis in Pf. 101. 26. inter-
pretantur *initium*: *Initio tu, Domine, terram
fundasti*. S. Hieron. *ab initio*. S. August. *in in-
itio*. Quod Apostolus ab Hebraeos 1. 10. legit:
In Principio, Domine, terram fundasti. Et
Isaie 41. 26. *Quis annuntiabit ab exordio, ut
sciamus, & à principio?* Job. 42. 11. *Qui no-
verant eum prius*. LXX. à primo scilicet tem-
pore, vel à principio. En qua ratione, omnis
caelestis beatitudinis gloria, qua modo fruitur
in caelis Deipara, à primo conceptionis mun-
dissimae exordio, seu principio, coepta sit.

Hebrae. 1.
10.
Isai. 41. 26.
Iob. 42. 11.

Probatur ex
Cap. 4. 8.

611. Hoc Reginae Deiparae principium
sponsus certè spectasse videtur, cum illam a-
mantissimis verbis ad Beatitudinis coronam
invitaret Cant. 4. 8. *Veni de libano sponsa mea,
veni de libano; veni, coronaberis de capite A-
mana, de vertice Sanir & Hermon*. LXX. pro
de capite Aman, vertunt, à principio fidei,
nempe conjugaliter adulterium nescientis. He-
braicè pro *vertice*, idem nomen subest, quod
LXX. vertunt *principium*. Sanir autem no-
vitatem significat; Hermon consecrationem so-
nat; unde efferas: *Veni à principio novitatis,
& consecrationis*. In ipso enim conceptionis
momento se ipsa Deo noviter dedicavit spon-
so, cui fidem sponsalitiā inviolatam perpe-
tuo praestitit. Hebraicè pro *coronaberis*, est
beaberis. Ad gloriosam Beatitudinis coronam
invitatur, quae coepit in ipso Conceptionis ex-
ordio, seu principio: *omnis enim gloria ejus
à principio*. Caeterum, si haec non arrideant,
illud saltem ex iis testimoniis effici reor, om-
nè caelestis Reginae gloria, qua potitur in coe-
lo, & quam tantopere commendat Ecclesiae
Patres, à principio suae Conceptionis ema-
nasse; immensum illum Beatitudinis cumulum,

Marianae immunitati prorsus ascribendum;
ut optimo optimus finis adnectatur. Nimi-
rum omnis arboris felicitas, trunci, foliorum,
ramorum, florum, fructuumque ubertas, at-
que suavitas, à primo arboris semine depen-
det, uti praclare admonuit S. Maximus in
Serm. de Assumptione, cujus initium est,
Cum aliquid dilectissimi. Et hoc illud esse
videtur, quod S. Epiphanius scitè pronun-
tiavit Serm. de Laud. Virg. postquam mul-
tis Marianam praeservationem docuit: *Quid
dicam? & quibus verbis explicabo gloriam ra-
dicibus fundatam?* Hoc est, à primis Maria-
nae originis ortam radicibus.

Gloria Dei
para radici-
bus fundata.
S. Epiphani.

SECTIO XXII.

Deipara in suo Conceptu simulatrix extitit aeternae divini Verbi generationis.

612 ID probant illa Ecclesiastici verba, *Ego
ex ore Altissimi prodivi primogenita ante
omnem creaturam*: cum de utraque, &
Christi, qua Deus est, & Mariae generatione
intelligantur, juxta superius dicta. Ut verò
praefixo argumento splendorem conciliemus,
praemittenda est generationis divinae essentia
ab Scholasticis tradita cum S. Thoma 1. p. q.
27. a. 2. *Est origo viventis à vivente, à Principio
conjuncto in similitudine naturae divinae*. Ita se
omnino habet aeterni Verbi generatio: pro-
cedit enim ut vivens à vivente, ex ore nempe,
seu intellectu Patris, uti à principio vivente,
& conjuncto, evaditque suo simile genitori in
eadem natura divina. Similis planè huic di-
vinæ generationi extitit Mariae conceptus;
quae de se ipsa affirmat, *ex ore Altissimi prodivi-
ti*, ita Deo genitori similis, ut verè ejus *primogenita*
nommetur, ante omnem aliam creaturam.

Generatio-
nis divinae
essentia pra-
missitur.
S. Thom.

Processe
Deipara ut
vivens à vi-
vente.

Rom. 5.

S. Diony.
Alexan. in
Epist. con-
tra Pau. Sa-
mosatenum
Prov. 8. 35.

Atque in primis, processisse Deiparam ut
vivente à vivente; ut viventem, inquam, di-
vinæ gratiae vitā à Deo totius gratiae scaturi-
gine, statuit Dionysius Alexandrinus in Epistola
illa contra Paul. Samosatenum, dum B.
Virginem appellat *unam, & solam filiam vitae*.
Quali ipsa locuti habeat neminè: reliqui enim
naturā ipsā sumus filii *vitae*, ut testatur Paulus
ad Rom. 5. *Et unius delictio omnes mortui sumus*;
atque adeò per peccatum mortui, ut
mortui, à mortuo principio originem trahimus.
Una autem, & sola Virgo filia vitae: quae vitali
gratiā vivens à vivente Deo processit. Forsam
hoc illud, quod Deipara de se ipsa praedicat
apud Salomonem Proverb. 8. 35. juxta LXX.
translationem, qui pro illis, *Qui me invenerit,
inveniet vitam*, efferunt; *egressiones vel proces-
siones meae, egressiones, seu processiones vitae*.
Dum enim conciperetur, dum nasceretur,
dum in caelum ingrederetur, gratia illi co-
mes fuit, quae vitam animae impendit: tunc
praesertim in egressu de nihilo ad esse in suo
immaculato conceptu; qui omnino extitit vi-
talis egressio, seu processio vitae; dum reli-
quos Adae filios ex nihilo ad esse exeuntes
mors ipsa comitetur.

613 Illud in Abrahami historia, Jesu &
Mariae progenitoris observatione dignissimum
hic expendo: quòd ubi Dominus, praescrip-
tā circumcissionis lege, originalem culpam in
Abraham, ejusque familia prorsus abolen-
dam edixit, statim illum Deiparae avum con-
stituit, hoc est, ex Abram, aucto nomine,
Abraham nuncupavit, Genes. 17. 4. Magnum
extitit

extitit incrementum proavo, quod magnorum
nepotum, Mariae & Jesu progenitor consti-
tueretur, ac praedicaretur: magno igitur au-
dario illius nomen merito cumulatur; ut qui
Abram fuerat, jam inde, post tantam annun-
tiationem proneptum, Abrahamus nuncuparetur,
& qui immunem Mariam, tanquam *fi-
liam vitae*, esset procreaturus, circumcilionē
contra originalem culpam percepisset. Sed in
ipso nominis augmento ipsissimam Mariam in-
textam licet animadvertere. Si enim Abrahami
etymologias evolvas, atque compositum
vocabulum disquisitius interpreteris; Abra-
ham perinde est, atque Pater excelsae, vel *sub-
limis*, aut *eximia*, sive *selecta*, aut *separata
Matris magnae*, quae verè una & sola *vitae filia
sua*. Non enim plebeiae cuiuspiam litterae auc-
tarium Abrahamus habuit, sed nobilissimae,
sed vitalis ex divini nominis *Jehovah* de-
cerptae; quae *vitam* significat, auctore S. Am-
brofio in Psalm. 118. Octonario 5. ut tanta
scilicet littera n, ha tanquam locupletissimo
pignore, certior fieret Abrahamus, promissam
nepitum viablem extitit, neque in com-
munem caeterarum mortem concipiendam,
sed in caelestem gratiae vitam, ut sic ejus ori-
go, seu conceptio esset vivens à vivente.
Vide supra dicta à numero 403.

Principium
conjunctum
à quo Virgo
fuit, Deus
ipse est.

S. Damaf.

S. Bonav.

Andr. Ierof.

Nulli magis
conjunctus
Deus quam
sua Matri,
nam per
quandam
identitatem
conjuncta.
S. Petr.
Damian.

Mater Dei
fuit Deipara
vel à puncto
suae concep-
tionis.

S. Chrysol. contestantur; S. Chryfologus praesertim Ser.

146. *Aut genitrix quando non, qua secularum
generavit Auctorem? Et paulò post: Maria Ma-
ter vocatur, & quando non Maria Mater? Igi-
tur si semper Dei Mater, si Genitrix nunquam
non; profecto in prima etiam creatione, & pu-
rissima generatione illud praese tulit principium
conjunctum, illam cum Deo ipso identitatem,
quae est conjunctionis apex. Huc spectasse visus
est S. Petrus Damian. Ser. 2. de Nativ. Beata
Virgo Maria, licet generosa sit Patrum stirpe
progenita, ab illo tamen trahit amplioris excel-
lentiae genus, qui de illa est novo nascendi ge-
nere procreatus. Quasi dicat: Quia Mater Dei
est, ipsa Dei ipsius filia est, quae ab ipsomet Deo
procedit excellentiori ratione, uti à principio
conjunctissimo per Maternitatis identitatem.*

S. Petrus
Damian.
Deipara,
quia Mater
Dei est, Dei
quoque est
filia.

615 Jam ergo, haec Deipara à Deo pro-
cessio est planè *in similitudinem naturae divinae*.
Expressam enim, & vividam praese tulit in
suo purissimo conceptu, Dei ipsius imaginem;
illam nempe, ad quam Adamus, & Eva con-
diti sunt in justitia & sanctitate quasi ex ore di-
vino prodeuntes, uti Dei filii: illam utique
per originale peccatum deformatam, & obcu-
ratam; illam & in Christo, & in Maria refor-
matam, & restitutam nobiliori modo, tota di-
vinæ artis potentia. Quod signatissime ostendit
S. Georgius Nicomedienfis Episc. de Prae-
sentat. B. Virg. c. 12. ubi sic ipsam alloquitur:
*Tu prima imaginis obscuratam speciem restitui-
sti in suam pulchritudinem*. Vide dicta supe-
rius Sect. 20. num. 512. & quae diximus Sect.
21. a. n. 523. de imagine, & similitudine Chri-
sti, ad quam B. Virgo fuit condita: simillima
enim Filio extitit in eximia divinarum perfe-
ctionum imitatione: cum autem Filius ex vi
suae generationis evadat aeterno Parenti per-
similis, & ut absolutissima ejus imago; sit in-
de Deiparam simili ratione processisse ex Dei
ore, Deo simillimam in divinis perfectioni-
bus. Adde dictis in relatis locis pulchra S.
Bernardi verba. Sermone super signum mag-
num; ubi ita: *Vehementer nobis vir unus, &
mulier una nocere; sed gratias Deo per unum
nihilominus virum, & mulierem unam, omnia
restaurantur*. Sic nimirum prudentissimus, &
clementissimus artifex quod quassatum fuerat
non confregit, sed utilius omnino refecit, ut no-
bis novum formaret Adam ex veteri, & Evam
transfunderet in Mariam. In eadem qua nos,
versabatur pius Abbas, ratione ex imagine,
& similitudine divina deducta. Eleganti au-
tem metaphora à fusoria arte petita rem ex-
plicuit. Quemadmodum enim statuas injuria
quavis detritas, ac deformatas, ex eodem
aere fusores revocant, & refingunt; ita sum-
mus artifex, inquit Bernardus, deturpatam in
Adamo imaginem, longè in Christo pulchri-
orem restituit: formam item divinae naturae
in Eva detritam, longè illustrioris operis, ac
manipretii aestimatione, in Marianam efforman-
dam refudit, multoque pulchriorem divinitatis
vultum expressit. Quod eo consilio factum,
ait Bernardus, ut Christus, & Maria instaura-
rent omnia, quae Adamus & Eva perdidit: quia
verò ex his prima fuerat divina similitudo,
hanc renovatam perspicue intelligit, cum ima-
gines divinae naturae veteres in Christum, &
Mariam refutas, ac reformatas docet. Preme-
ex hac Bernardi luce illud Proverb. 8. 23.
*Ab aeterno constata sum constans in morem
imagine*: de quo supra ea Sectione 20. n. 522.

Deipara, in
similitudi-
nem naturae
divinae con-
cepta.

S. Gregor.

S. Bernat.

Forma divi-
nae naturae in
Adamo, &
Eva detrita
ac deforma-
ta, in Chri-
sto, & Dei-
para refun-
ditur illus-
trius reformata.

616 Ut autem haec tenus dictis major lux
afful-

Prov. 8. 256.

affluat, preme illa Sapientia verba c. 7. 25. quae tamen in sensu literali primario de aeterna Verbi generatione intelligantur, in sensu tamen literali secundario de immaculato Virginis Conceptu explicant docti expositores; ut observat noster Granado in lib. de immaculata Virginis Conceptione, disput. 3. c. 5. Vapor est virtutis Dei (ait Sapiens) & emanatio quaedam claritatis omnipotentis Dei, sincera: & ideo nihil inquinatum in eam incurrit. Candor est enim lucis aeternae & speculum sine macula Dei majestatis, & imago bonitatis illius. Singula expendo. Primò appellatur in suo purissimo Conceptu Deipara, Vapor virtutis Dei, similitudo fumitur à vapore aquae, unde vi caloris excitatur. Solis calore oritur vapor (ait Cicero 2. de natu. Deo.) & tenuis quaedam exhalatio, quae deinde in terram desuens, illam fecundat. Sicut ergo vapor ab aqua, sic Christus, & quia Deus, & quia homo est; sic similiter Deigenitrix à Deo processit pura, immaculata.

Sapient. 7. 25.

Deipara in sua Conceptione vapor virtutis Dei. Cicero.

3. Reg. 18. 44. Elia nubecula, vapor seu exhalatio Deipara designabat.

Mariana Conceptio emanatio quaedam ex virtute divina claritatis & gloria.

Huc spectat nubecula parva quasi vestigiū hominis, ab Heliae discipulo prospectata ab imo mari sublimem sese efferens. 3. Reg. 18. 44. Vapor seu tenuis quaedam exhalatio, exigua illa nubecula erat, quae totam undequaque terram plusquam trienniali siccitate sterilem fecundavit. Plausibilis est sententia Joannis Patriarchae Jerosolymitani in lib. de Institutione Monachorum c. 33. nubecula illa, vapore, seu exhalatione tenui fuisse praesignatam Deiparam Mariam, caelestis pluvia mundum perfundentem: nec non ejus immunitatem à culpa originaria. Joannis verba dedi supra num. 577. Vapor ergo fuit in suo conceptu puella Virgo; Vapor, inquam, virtutis Dei, ex divino solis calore excitatus, ex puratissimis Adamicæ naturæ humoribus, & quasi ex mundissimis maris vaporibus compactus.

617 Secundò, emanatio quaedam claritatis omnipotentis Dei sincera, appellatur Deipara, à suæ Conceptionis momento. Pro claritatis, est Graecè *ἀγιος*, id est, gloria, quo pacto saepe illam vocem Interpretes vertit. Metaphora fumitur à flumine, quod exit de fonte. Porro emanatione hac desuente de fonte fluminis innuitur Mariana generatio, seu conceptio, quae quia miraculosa, pura & omnino peccati expertis, emanatio quaedam dicitur claritatis, seu gloriae omnipotentis Dei. Quod ut illustres, revoca illa quae de Jordani flumine latè edisseruimus superius à num. 475. pro Deiparae immunitate, synceraque emanatione à Deo, & Anna. Et lege pro hoc Mariano flumine, & affluentia gratiarum, alia apud nostros Salazar. ad c. 8. Proverb. v. 26. Et ad c. 31. n. suo 135. & Cornelium ad c. 24. Ecclesiastici, v. 31. Et vide, si in hanc emanationem claritatis, vel gloriae Dei sinceram, & puram, rectè cadant illa Apoc. 22. 1. Et ostendit mihi fluvium aqua vitae, splendidum tanquam crystallum, procedentem de sede Dei & Agni. Consule etiam Doctores, qui de miraculo sabbatici fluminis in gratiam Marianæ Conceptionis, agunt.

Candor lucis aeternae Deipara. Sap. 7. 25.

S. Petrus Damian.

618 Tertio, Deipara in suo Conceptu nuncupatur à Salomone candor lucis aeternae Graecè, splendor, sive exsplendescencia: id est, Lux de luce aeterna. Dixi nonnulla de candore, splendore, seu exsplendescencia Mariani conceptus, supra à numero 562. Sed signatim ad rem praesentem, S. Petri Damiani illud est in Serm. de Assumpt. B. Virginis: Ca-

ro Virginis ex Adam sumpta maculas, Adā non admittit; sed singularis continentia puritas in candorem lucis aeternae conversa est.

619 Quarto, ad exprimendam Deiparae mundiciem in suo conceptu, vocitatur Speculum sine macula Dei majestatis. Pro Dei majestatis est Graecè *θεος ὑπερσπυς*, quod Origenes transcriptor vertit, Dei inoperationis: qua voce nonnulli putant immanentes Dei actiones, quas Theologi Vocant ad intra, scilicet processiones, ac productiones divinarum personarum, rectè significari. Sed referenda, ut reor, signatim ad divini Verbi aeternam generationem, ut suadet singularis numeri vox inoperatio. Hanc Deipara, speculi ad instar puri, ac detergi, in sua conceptione exprimit, ac reddit exactissimè, quantum fert purae creaturae conditio: processit enim ore seu mente divinā mundissima, purissima, absque ulla prorsus peccati labe; quemadmodū ex intellectu Paterno divinum Verbum. Propterea additur: Et imago bonitatis illius: id est, perfectā Dei summi boni, & ab omni culpae miltiā alienissima. Audi apud S. Brigittam lib. 1. revelation. c. 42. ipsammet Virginem: Per charitatem sic appropinquat Deus mihi, quod qui videt Deū videt me, & qui videt me, Deitatem, & humanitatem videre potest in me, quasi in speculo, & me in Deo. Quicumque enim videt Deū, videt in eo tres personas; & quicumque videt me videt quasi tres personas. Nam Deitas conclusit me in se cum anima & corpore; & implevit me omni virtute, ut non sit virtus in Deo, quae non splendeat in me, quamvis ipse Deus est pater & dator omnium virtutum.

Et speculum divina majestatis, & inoperationis.

Imago etiam est bonitatis divinae.

Quibus modis creatura divinam referunt perfectionem.

620 Sed praestat audire Angelicum Thomam opul. 61. cap. 27. in gradu 10. Amoris, ubi cum inter tres similitudinis differentias distinxisset, quibus creaturae divinam referunt perfectionem, nempe proportionis, qualitatis, & receptionis; tertiam hanc duabus praefert absolutissimam, quam cognitione, & amore Dei primū in via, postea in patria perfici, multis explicat. Uritur autem S. Thomas exemplo duplici, speculi & sigilli; quod utrumque imāginem exprimit; speculum eminus prospectantis, sigillum cominus imprimentis; utrumque in rationali creatura sapienter contemplantur, quae cum veritatis intelledrix, bonitatis amatrix existat, illam nempe divinam intellectu tanquam politissimo reddit speculo; hanc voluntatis affectui, tanquam mollissimae cerae impressam repraesentat. Itaque totum rationale opus imago opificis evadit, quantum fieri potest, exactissima. Haec postquam Angelicus Doctor ex Philosophiae adytis latè proposuit, ab homine ad Angelos, ab his ad Christum, & Mariam gradus facit, ut in utroque divinam hanc imaginem vividiorē, atque expressiorē ostendat, quod ita luculentissimè praestat. Fecit ergo summus artifex in ostentationem pleniorē artis suae: speculum unum clarissimo clavis, Seraphini tertius & purius, & tanta puritatis, ut purius intelligi non potest, nisi Deus esset; personam scilicet gloriosissimā Virginis. De quo Anselmus: Decēbat, ut illius conceptio de Matre purissima fieret, eā puritate, quā major sub Deo nequit intelligi. De hujus speculi formatione Bernardus: Hanc, Domine, fecisti imaginem Bonitatis tuae; in ea valde artifex ostendens magisterium pietatis tuae. Sed rursus ex isto mirabiliter produxit aliud nobilitatis, quod ineffabiliter

Perfectus Dei speculi & imago expressum, post Christum, Deipara in sua prima formatione.

biliter in unitatem divinae personae assumptum, ut conjuncta summa, & immediatissima faciei divinae, ipsi sum plenissima, & totali similitudine repraesentat.

621 Duo sunt quae in his S. Thomae verbis expendam. Primū, sermonem habuisse de prima B. Virginis formatione, uti signatim constat ex illis, De hujus speculi formatione Bernardus, &c. & rursus ex testimonio Anselmi, eam puritatem in Virgine exigentis, qua major sub Deo nequit intelligi. quod idem Angelicus Theologus pro Marianæ Conceptionis immunitate in lib. Sentent. exposuit. Imò idemmet Thomas sese disertè declarat, dum ait: Fecit summus artifex ad ostentationem plenariae artis suae speculum, &c. Quod de prima operis molitione omnino dictum. Secundum expendo; Deiparam hac sancta puritate à prima Conceptione conditam fuisse, eum ad finem, ut opifex & artem ostenderet suam, & bonitatem, id est, perfectionis pulcherrimam imaginem ad vivum exprimeret. Hoc sibi vult S. Thomas advocans S. Bernardum. Itaque summus ac perfectissimus artifex, ut bonitatis, seu pulcherrimae perfectionis suae imaginem ederet, Mariam excogitavit, huicque imagini exequenda tota artis potentia incubuit, quam proinde perfectissimam, sibi que simillimam absolvens, universo orbi spectandam proposuit, suam in ipsa, tanquam in crystallino speculo, & artem, & perfectionem gloriosè ostendamus.

622 Sed quando S. Thomas, speculi exemplo usus est, libet symbolum plusculis promovere. Eodem nomine Mariam Isaias illustri vaticinio exornat c. 8. 1. nam de ea vaticinati interpretes sunt S. Epiphanius. Haeres. 30. S. Damasc. Orat. 2. de dormit. Deip. S. Andreas Orat. 2. de Assumpt. & alii plures. Sume tibi librum grandem. Non est propositum, operosam prophetiam ex integro retexere: unum libri nomen explicandum, Hebraicè *גילגליון*, cujus plurale idem Vates c. 3. 23. specula vocaverat, unde hoc singulare speculum vertunt viri docti à verbo *galab*, quod est manifestare, ostendere, patefacere. Arias Montanus vertit, manifestatorium. Vela galab, id est, transmittere; quod liber scientiam, & speculū imaginem in nos transmittat. Igitur hoc Marianum speculum, dum ipsam spectamus, dum probè perfectissimam noscimus, ex absoluta imagine ad divinam perfectionis cognitionem descendimus, quam speculum reddit exactissimam: ostendet planè, manifestabit apertè; nam manifestatorium eā causā est dictum, & fabricatum. Neque in doctissimo quopiam libro securius, doctiusve addiscas, quantus, qualis, quā bonus, quā pulcher, quā perfectus sit Deus, quā si Mariam spectes. Inde Salomon; Speculum sine macula Dei majestatis, & imago bonitatis illius; scilicet B. Virgo & sapientia est, & speculum, qua, & quo Deum addiscimus. Unde S. Andre. Grefen. Ser. de Annuntiat. Intellectuale speculum contemplativa cognitionis, Virginem appellavit: & Honorius Fortunatus lib. 1. de Partu Virginis, siderem speculum nuncupat. Sed, quod ex re fit, in hujus librarii speculi, ac specularis libri factura purissimam Deiparae immunitatem contemplatur est Isaias, quem juxta LXX. legentes sume tibi tomum, commentatur Delius noster in speculo Mariano lib. 2. in hunc modū: Dicitur *tomus*, quia quasi excisa, & re-

De hoc Mariano speculo vaticinium Isaiæ c. 8. 1.

And. Creten.

Honor. Fortunat.

LXX.

removet, id est, à secundo, separando, ac promittendo etiam quasi separata; hoc est eximia, & exempta communi generis humani poena, & maledictio, quando praeservata fuit à labe originali. Adde quòd novum etiam dixere LXX. nullā nempe Adami vetustate detritum, nullā maculosae originis offusum labe.

623 Quò autem id omnibus esset restatum, divinus Auctor speculo librario binas voces lemabber, salal, voluit inscripsisse, veluti Epistolae dedicatorem, velociter spolia detrahe: sive ut Hebraicis respondeant totidem numeris Latina: veloci spoliatori. Deinde totam negotii summam duabus aliis monosyllabis vocalibus perstrinxit magno descriptis volumine; nimirū totus celeritati intentus, has bar: cito pradare. Et quidem cum ex usu regulare esset, ut vox protractior esse videretur; datā operā eam magis corripuit, ut tam consultā vocis abbreviatione celerem indicaret praedicatoris festinantiam, qua Assyriorum Regem esset direpturus. Quem verò? Antiquum serpentem, originalis culpae suaforem, explicat S. Ambros. ad c. 3. Lucae lib. 3. Quantā verò velocitate id praestitum? Respondet v. 3. Antequam sciat vocare Matrem, id est, priusquam matrem noscat. Neque enim Assyrii servam, neque à serpente deceptam voluisset Matrem. To antequam praeviam hanc immunitatis dispositionē sapit, qua illam Matrem futuram ab Assyrio serpente praeservavit. Igitur huc illic prospiciens Vates, hanc velocissimam Christi victoriam quam cūsumè referendam describit, in ipsissimo speculari libro, seu Mariano volumine exaratam proponit; nonne ex hac praepropera velocitate in Maria descripta, qua hostis insidias anteverit, Matris immunitatem ita significatam voluit, ut qui Mariam spectat, in ipsa statim immunitatem illam haud obscuris, prolixisque litterarum anfractibus descriptam legat; imò veluti in speculo expressissimam cernat? Haec in gratiam Salomonici pronuntiat, & Doctoris Angelici addita; qui Mariam ait hunc ad finem conditam, ut instar nitidissimi speculi, perfectam Dei bonitatem, pulchritudinem & perfectionem exprimeret. Atque ita perspicue constet, quā sit amulatrix Virgo aeternae divini Verbi generationis in suo purissimo conceptu.

Deipara se parata & exempta communi poena & maledictio.

Spoliator velocissimus Deus, videtur hanc velocissimam in Maria conceptionem.

Deipara speciali ratione est Dei Filius.

Can. 6. 7.

624 Hinc deducitur, Virginem Deiparam speciali quadam ratione fuisse aeterni Patris Filiam, vel à suae conceptionis momento. Ut enim sapienter noster Salazarus de Conceptione cap. 29. numero 6. alios Pater adoptione sua, non tam filios creat, quā recreat; non tam generat, quā regenerat; atque adeo eorum productio parum exactè aeterni Filii productionem, & generationem adumbrat, qua ipsum ab aeterno primario, ac per se gignit, & procreat: Virginem autem Deiparam Pater per gratiam originalem primò, ac per se genuit, non regeneravit; & Filiam sibi ab initio creavit, non recreavit; atque adeo illius adoptio perfectissima, ipsius naturae imitatio fuit. Hoc certè discrimen mihi constat ex verbis Sponsi divinis cap. 6. vers. 7. Canticorum. Sexaginta sunt Reginae, & octoginta concubinae, & adolescentularum non est numerus. Una est columba mea, perfecta mea, una est matris suae, electa genitricis suae. Prioribus verbis universam Ecclesiam triplicem in statum partitur, Reginarum, Concubinarū, & Adolescentularū; id est, perfectio-